Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

liniquam in lingua mea. Ant. Sana domine animam meam quia pec-
caui tibi. An. Eructauit cor meum uerbum bonum. Capitulum
Vigilate state in fide uiriliter agite et confortamini
omnia uestra in caritate fiant. V. Ego dixi domine. Collecta
Salua nos omnipotens deus. et lucem nobis concede perpetuam.
P. dominum. In L. Ant. Miserere mei deus. Ps. Ipsum. Capit.
Nox precessit dies autem appropinquauit. Abiciamus
ergo opera tenebrarum et induamur arma
lucis sic ut in die honeste ambulemus. R. Domine in
celo misericordia tua. Et ueritas tua usque ad nubes. V. In matutinis domine.
Ad bn. Ant. Erexit dominus nobis cornu salutis in domo dauid pu-
eri sui. Coll. de precedenti dominica. in L. et ad vesperas. Ad primam. An.
Domine miserere nostri te enim expectauimus. Esto
esto brachium nostrum in mane et salus nostra in tem-
pore tribulationis. Ad iii. Ant. Adiuua me et saluus ero.
Sana me domine et sanabor saluum Capitulum Domine
me fac et saluus ero quia laus mea tu es. V.
Adiutor meus esto domine. Ne derelinquas me neque. Collecta
Deus innocentie restitutor et amator dirige ad te tu-
orum corda seruorum ut spiritus tui feruore concepto
et in fide inueniantur stabiles et in opere efficaces. P. eundem.
Ad sextam Ant. Aspice in me domine et miserere mei. Capitulum
Alter alterius. V. Dominus regit me et nichil mihi. Collecta.
Presta quesumus omnipotens deus ut inter innumeros uite presentis er-
rores tuo semper moderamine dirigamur. P. Ad vi.
An. Vide humilitatem meam domine et eripe me. Capitulum.
Empti enim. V. Ab occultis meis munda me. Collecta.
Quesumus omnipotens deus ne nos tua gratia derelinquat. que
et errores nostros semper amoneat et noxia cuncta